





3
SVPRÉMO NVMINE ANNVENTE
SVPERIORVM INDVLTIV
SCHEDIASMA

Pub. 19. num. 33. 10

1747

DE
IVRISDICTIONE
IVDICII GALLICI REGIONOMONTANI

PRO LOCO
PROFESSORIS IVRIS ORDINARIII GRATIOSE COLLATO

RITE CAPESSENDO
DIE XXIII. MARTII MDCCXLVII. H. L. Q. S.
DISSERENDVM PROPONIT




IOHANNES LVDOVICVS L'ESTOCQ, I. V. D.

AVGVSTI PRVSSORVM REGIS CONSILIARIVS BÉLLICVS, CIVITATIS REGIO.
MONTANÆ CONSILIARIVS OFFICIO CONSVLARI ASSISTENS,
ATQVE COLONIAE GALLICAE IVDEX,

RESPONDENTE

GEORGIO RVMP,

CVRIARVM SVPREMARVM ADVOCATO.



REGIOMONTI,

STANNO REGIAE AVLICAE ET ACADEMICAE TYPOGRAPHIAE,





FRÉDÉRIC II

ROI

DE

PRUSSE

LE GRAND


ET LE J

SA MAJESTÉ

Le Maître à qui tout rend hommage
 Sur l'équité fonde ses droits ;
 FRÉDÉRIC est sa vivante image
 Qu'il soit le modèle des Rois.
 Long tems chéri de la Victoire,
 F. t. il fait consister sa gloire
 Dans le vain nom de Conquerant ?
 Non, ce qui le rend plus auguste,
 C'est qu'en lui le titre de JUSTE
 Confirme le titre de GRAND



M. Cerulli sc



Le d'entre à qui tout son honneur
est réservé par le d'entre
Le d'entre est en grande honneur
Le d'entre est le d'entre
Le d'entre est le d'entre
Le d'entre est le d'entre
Le d'entre est le d'entre
Le d'entre est le d'entre
Le d'entre est le d'entre
Le d'entre est le d'entre
Le d'entre est le d'entre



N. S. A.

DE

IVRISDICTIONE IVDICII GAL-
LICI REGIOMONTANI.



§. I.

MNEM historiae ecclesiasticae & civilis paginam implet, illa rerum vicissitudo, qua Seculo XV. XVI. & XVII. ea pars gentis Gallorum, quae puriora religionis christianae sacra perscrutari & amplecti nitebatur, atque hunc in finem legibus humanis Ecclesiae Romanae, quas tum temporis à genuino legum revelatarum sensu, aberrare videret, simul ac auctoritati papali nuncium mitteret, cruentis vexabatur persecutionibus, quas, post plurima historiarum volumina, luculentissime refert liber, eo maxime pertinens, cui titulus: *Histoire de l'Edit de Nantes jusqu'à l'Edit de sa Revocation à Delft M. DC. XCV. in quarto*, cuius Auctorem, Elie Benoit, indicant, *Laurentii Moshemii Institutiones historiae christianae recentioris, Helmstad. 1741. pag. 227.*

Quousque hae persecutiones nomen Christianorum & hominibus profanis & Turcis eorumque aedibus detestandum pingunt, ea de re eorum iudicia recte in scenam producantur, dans la lettre XII. de l'Espion de Thomas Kulikan, ou il parle de la naissance et du progrès du Calvinisme et des Guerres civiles de France; cui animi causa iungi & legi meretur poema, si non satyram, vires tamen imitandi facilius superans, cui rubrum: *Henriade de Voltaire.*

§. II.

NOSTRUM non est inquirere, quo iure illa persecutio nitatur; item, numme fundamentum eius, in vero religionis ardore, vel intrinseca illa necessitate politica lateat, qua quies Reipublicae

A

Gal-

Gallicae, a gentibus diversa sacra sequentibus, servari nequeat, & numne forte Gallorum eius aevi Politici secum dixissent, id quod Vir illustris de Voltaire Tom. IV. chap. 8. des Presbyteriens en Angleterre: *S'il n'y avoit en Angleterre qu'une Religion, le Despotisme seroit a craindre; s'il n'y en avoit que deux, elles se couperoient la gorge; mais il y en a trente, et elles vivent en paix et heureuses.* Hinc modo est, unde videmus cohortes gentis huius patriae pulsas, a diversis Principibus fundamentis charitatis christianae, Iustitiae atque Politices verae motis, in asylum receptas; quae Gentes ad illorum gratiam refugientes, gallico loquendi more, *Refugiés*, nominantur.

§. III.

Hi pro sua libertate conscientiae partim exeuntes, partim persecutione gregatim expulsi, exteras quaerunt regiones, earumque & eorum Principum humanitatis atque religionis asylo sollicitare conantur, nec non ex votis impetrarunt. Ipsi ea de re testantur in libro, §. 1. allegato H. D. l' Es de N. Tom. III. part. III. pag. 288. verbis: *Avant que de parler de l'effet que ces desertions causèrent en France, il est juste de rendre témoignage à la libéralité des étrangers, qui reçurent les fugitifs de toutes les conditions, avec des bontés dignes d'un éternel souvenir. Les Suisses, qui étoient particulièrement chargés du passage de ces familles affligées, ne laissoient passer personne, qui eut besoin de secours, sans lui en donner de considérables, et ils fournissoient même des pensions assez fortes, à ceux qui s'arretoient dans leur pais. La louange de ces libéralités retentissoit dans toute l'Europe par la bouche de ceux, qui les avoient ressenties, et on leur entendoit conter avec plaisir, comment on étoit allé au devant d'eux, avec quel ordre on s'informoit de leurs qualités, de leurs besoins, aussitôt qu'on savoit leur arrivée, comment on les logeoit, on les habilloit, on les nourrissoit, on les pourvoyoit de tout ce qui leur étoit nécessaire. Il sembloit avoir quelles sommes qu'on employoit à les soulager, que les communaux des pais avoient eu des trésors de réserve, pour de semblables occasions. Jamais il n'a paru plus évidemment, que la charité a toujours des richesses de reste et qu'elle puise dans une source, qui ne tarit point. Plus on donnoit, plus il sembloit qu'on avoit encore à donner.* La Ville
do

de Geneve n'eut pas moins de bonne volonté que ses alliés et elle vit en peu de mois presque doubler le nombre de ses habitans: mais pour se garder des menaces de la France, qui cherchoit ouvertement des pretextes de l'opprimer et pour ne lui donner pas les sujets de rompre, qu'elle desiroit, elle fut contrainte de faire sortir tous ceux, qui s'étoient réfugiés dans son sein, et de les envoyer dans d'autres retraites. Les Lutheriens ne furent pas tous rigides. Le Marquis de Barceuth permit à beaucoup de gens de s'établir dans ses États et d'y fonder même des Eglises, des écoles, des hópitaux. Il s'en retira un grand nombre dans les terres des Princes de la maison de Lunebourg: la Hesse fut l'asyle des plusieurs milliers de mathurieux; mais le Brandenbourg en logea un bien plus grand nombre.

„L'Electeur publia un Edit le vingt neuvieme d'Octobre 1683. c'est à dire, aussitôt qu'il put savoir la revocation de celui de Nantes, par lequel il invitoit ceux que l'oppression chassoit de leur país, à se retirer dans le sien et leur accordoit des considerables privileges: Mais cet Edit ne fut pas comme ceux, qu'on ne donne, que pour la forme, il fut réellement executé.

„On donna aux Réfugiés des Eglises, des demeurs, des moyens de gagner leur vie, des pensions: on les distribua par Colonies, on leur donna des Ministres et des Juges de leur langue: On leur fit de ce país étranger une nouvelle Patrie, on la liberalité du Prince pourvint à tous leurs besoins et leur fait encore au jourd'uy respirer l'air d'une douce liberté, dont il y avoit long tems qu'ils avoient perdu l'usage.

§. IV.

EXTOLLIT inde inter alia in aeternum memorabilia gloriam non solum nominati gloriosissimi ELECTORIS, DVCIS ET PRINCIPIS FRIDERICI WILHELMI M. sed & FRIDERICI I. REGIS PRUSSIAE, quod hinc inde in Regionibus suis gentes memoratas gratiose voluerint excipere, atque in se posterisque suis REGIBVS, FRIDERICO WILHELMO gloriosissimae memoriae, nec non REGE NOSTRO CLEMENTISSIMO, HEROE STRENVO, FRIDERICO II, summa cum gratia, non minus non interrupta iustitia tueri, et uti miseris istis de futura sua fortuna atque habitatione anxie sollicitis, gratia gratiosissimi Principis in

Edicto nominato de Anno 1685. praevenit, sic & ipse, simulac
 Posterius eius, Privilegia Gallis ad provincias suas refugientibus
 promissa & data, in hunc usque diem servarunt & servari iubent.

§. V.

ADEOQUE hi postea in regionibus, Sceptris Borussia-Brandenburgicis subiectis, benevole excepti, imprimis Berolini, Magdeburgi, Cliviae, Vesaliae, Halae, Postampii, Sedini, Regiomonti aliisque urbibus coetum particularem constituebant, ibique sub omni denominatione Coloniarum Gallicarum: *der Frantzösischen Colonien*, degebant, uti & in hunc usque diem subsistunt atque gratiose tuerentur; imo eum in finem, ut hoc eo commodius fieri possit, Sacra Borussiae Maestas Berolini, Directorium Gallicum generale constituit, quod dicitur *la Justice Supérieure françoise, das Königl. Preussische Frantzösische Ober-Gericht*, vel *le Conseil François*; *Patent wegen Privilegien und Freyheiten der Refugies de Anno 1720.* uti non minus in hunc usque diem, uni Sanctioris Consilii Regii Consiliario, qui iam VIR PERILLVSTRIS DE BRAND est, cura Gallorum sub Sceptris Borussiae degentium, ut & conservatio Privilegiorum Coloniae istis datorum, specialiter demandata & in salutem eorum summa iustitia perfungitur, quod dicitur *Grand Directoire François*.

§. VI.

COMMUNE id erat his Coloniae cum Gentibus antiquissimis, quod tenacissimi essent morum & legum, quibus in Patria adfveti; hinc Principes nostri & ea de re solliciti, ne miseri isti variis consuetudinum iuriumque varietatibus, à iudicibus diversis, iudiciisque distraherentur, aut à Regionibus suis averterentur, illis non solum de religione sua libere propaganda, sed etiam de iure suo, mediante iurisdictione propria conservando, privilegia varia dederunt, ad quae spectant praepositis:

Edictum Friderici Wilhelmi Electoris de Anno 1685. cui titulus: Edit de Sa Serenité Electorale de Brandenbourg, qui expose toutes les droits, franchises et privileges, que Sa Serenité Electorale accordera aux François de la Religion Reformée qui viendront s'establis dans ses Etats, donné à Potsdam le 29. d'Octobr. 1685.

Rescript

IVDICII GALLICI REGIOMONTANI. 5

Rescript de dato Cölln an der Spree den 10. Junii 1690. daz die Iurisdiction der Frantzösischen Richter bey allen und jeden Colonien auf einerley und gleicher Weise exerciret, und, wo ein Frantzosz der Beklagte, der Process vor solchen Richtern allein geführet und abgethan werden solle.

Friderici III. Electoris & paulo post Regis Borussiae primi Edictum, datum Coloniae ad Spream 4. Julii 1696.

Ordonnance de sa Serenité Electorale de Brandebourg, contenant la forme des procédures, qui doivent être observées dans toutes les Justices françoises de ses Etats. Donné à Cologne sur la Spree le 14. Avril 1699.

Churfürstliche Brandenburgsche Process-Ordnung, wie bey allen von Sr. Churfürstl. Durchl. in dero Landen bestellten Frantzösischen Gerichten procediret und verfahren werden soll. Cölln an der Spree den 14. April 1699.

Ordonnance de Sa Majesté le Roi, touchant les Revision: des Procés, dans les affaires françoises donné à Cologne sur la Spree le 9. Decembr. 1701.

Sr. Königl. Maj. in Preussen &c. Unseres Allergnädigsten Herrn allergnädigste Verordnung wie in Revisionis Instantia in denen Frantzösischen Processen verfahren werden soll. Cölln an der Spree den 9. Decembr. 1701.

Reglement de Sa Majesté concernant la Jurisdiction entre les Justices Allemandes et Françoises, Donné à Cologne sur la Spree le 3. Janvier 1702.

Sr. Königl. Maj. in Preussen &c. Unsers allergnädigsten Herrn, allergnädigste Resolution in puncto Jurisdictionis zwischen den deutschen und frantzösischen Gerichten. Cölln an der Spree den 3. Januar. 1702.

Quod Edictum de novo a Rege Friderico Wilhelmo clementissime confirmatum & de verbo ad verbum in sequenti insertum est, cui titulus:

Ordonnance de Sa Majesté concernant les Justices Allemandes et Françoises par rapport à leurs Jurisdictiones par laquelle le Reglement du 3. Janvier 1702. est confirmé et augmenté de plusieurs nouvelles decisions, Donné à Berlin le 8. Juin 1710.

Sr. Königl. Maj. in Preussen Newverfatzte Verordnung, wie es der Iurisdiction halber, zwischen den deutschen und frantzösischen Gerichten gehalten werden soll, worinnen das Reglement vom 3. Januarii 1702. bestätiget und durch neue Verfassungen allergnädigste Verschönerung geschicket, de dato Berlin den 26. April 1714

Edit de Sa Majesté le Roi de Prusse, contenant les franchises dont jouiront ceux, qui s'établiront dans les villes de ses Etats, sans y exercer des professions de Bourgeois. Donné à Berlin le 15. Mars 1718.

Edit du Roi contenant les privileges et franchises accordés tant aux Refugiés françois, qui sont déjà établis qu'à ceux qui s'établiront à l'avenir dans les Etats de Sa Majesté, et même aux autres Refugiés de la religion reformée, qui voudront faire corps avec eux. Donné à Berlin le 29. Fevrier 1720.

Königl. Preussl. Patent wegen der Privilegien und Freyheiten, welche sowohl die, in Sr. Königl. Maj. Landen bereits etablirte Frantzösische Refugiés, als diejenige, so sich hinführo darinnen niederzulassen gesonnen, wie auch andere Refugiés von der Reformirten Religion, so mit ihnen ein Corps zu formiren verlangen, genießsen sollen, de dato Berlin den 29. Februar. 1720.

Ordonnance du Roi de Prusse touchant les hypotheques et le Concours des Creanciers: donné à Berlin le 19. Janvier 1723.

Königliche Preussische Hypothequen- und Concurs- Ordnung, Berlin den 19. Januarii 1723.

Rescript de dato Berlin den 27. Novembr. 1728. dasz die Frantzösische Gerichte bey der ihnen verliehenen Iurisdiction geschützet werden sollen.

Lettres Patentes generales confirmant tous les Privileges et concessions precedentes: Donné à Berlin le 24. Septembr. 1740.

Rescript de dato Berlin den 27. Augusti 1742. dasz die Ingrossationes auf Frantzösische Immobilia, pro futuro einzig und allein bey dem Frantzösischen Gericht geschehen sollen.

Edict wie es wegen der Refugierten gehalten, und wer unter solchem Nahmen verstanden werden soll: de dato Berlin den 25. Febr. 1744.

Rescript de dato Berlin den 29. Julii 1745. dasz die Frantzösische Gerichte bey der ihnen durch das Edict de Anno 1719. verliehenen Real-Iurisdiction geschützet werden sollen.

§. VII.

VIDETVR his obstetisse, quod Lex, tanquam praeceptum commune, obligans cives in Republica tam perpetuos, quam temporarios *l. 7. D. de LL. & ex Gallia advenas, se Jurisdictioni Magistratum in civitate ordinariorum subicere, obstrinxisset; at hoc non obstante & illis jurisdictionem peculiarem Privilegiis dare, tam ex acqutate quam Iure, Principi licuit. Notum enim & Romanorum Imperatores, totas provincias bello vindicantes, praecipue illis, qui se sponte illorum dominio subiiciebant, Privilegia dedisse: ut suis legibus viverent. Tale exemplum L. Aemilii Paulli Macedonibus *αὐτονομίαν* concedentis, est apud *Livium Lib. XLV. 32.* Erant etiam quaedam in Provinciis civitates, *αὐτονομῶν* quibus ob bene merita suae leges permittae *Ez. Spanh. Orb. Rom. exercitat. II. cap. 9.* Eo exemplo Burgundiones quoque, Romanos in regno suo viventes iure suo uti patiebantur. *Gundebald. in praef. Leg. Burg. apud Lindenbr. pag. 267. Heinecc. Hist. I. G. lib. II. §. XVII.* Imo non obstante Jurisdictione Magistratum Romanorum, nihilominus peregrini in ipsa urbe Roma, legibus suis vivebant.*

Seiuncta quoque in peregrinos erat Jurdictio; illis enim Praetor singularis ius dicebat, Praetor peregrinus dictus *l. 2. & l. 10. D. de dolo l. 1. D. de reb. cr.* Et quamvis libera adhuc Republica Romana paulo durior peregrinorum fuisset conditio, inde eveniens, quod de illis plurimi cum *Juvenal. Sat. III. v. 58.* con-

questi essent: *Quae nunc divitiibus, gens acceptissima, nostris, Et quos praecipue fugiam, properabo fieri Nec pudor obstat. Non possum ferre Quirites Graecam urbem, quamvis portio saecis Aethaei iam pridem Syrus in Tiberim destinxit Orantes Et linguam et mores et cum tibicine chordas Obliquas, nec non gentilia tympana secum Vexit, et ad Circum iussas prostare puellas.* E. contrario tamen, cum posterioribus temporibus, id quod *Herodianus Lib. VIII. c. 7.* laudandum de Romanis testatur, & peregrinos

grinos complecteretur, verbis: *nam etsi ubique vulgus semper & ad res novas levissimum: tamen Romana plebs imprimis quae ex magna varietate etiam peregrinorum multitudine constat, longe cæteris nobilior est, id posteriora tempora certe magis magisque confirmarunt; unde iam Imperator Antoninus Caracalla discrimen inter ingenuos & peregrinos sustulit, l. 17. D. h. t. Ez. Spanh. Orb. Rom. II. 6. Tandem & discrimen inter cives & peregrinos plane sustulit Fredericus Imp. Avib. Omnes peregrini C. comm. de Success. quae Iuri Albinagii tunc fere ubique recepto videtur opposita.*

§. VIII.

Eo magis ergo æquum & advenis nostris permittere, ut legibus moribusque suis, speciali sub Iurisdictione viverent, iuribusque patriae, ad quam refugerent, in quantum iis proficua, frui, quo magis notum, consuetudines & Iura illorum nil continere, quod Iuri Civitatum nostrarum, moribusque nostris damna & detrimenta inferre posset, cum mores eorum & iura, uti nostra, non solum suis & Romanis, sed & Germanicis conflata, uti manifeste videre permittunt: *les Loix civiles dans leur ordre naturel et le Droit publicq, imprimé à Paris MDCCXIII.* ibi enim statim in tractatu praeliminari: *Traité des Loix chap. XI. §. XVIII.* haec leguntur verba: *toutes les loix arbitraires sont contenues dans quatre sortes de livres, dont nous avons l'usage en France, qui sont les livres du Droit Romain, le Droit Canonique, les ordonnances et les Coutumes, comme les siefs, la communauté de bien entre le mary & la femme, les douaires, et plusieurs;* ad quas quoque numeranda potestas matris in liberos, & quae sunt huius generis, in quibus non nisi germanici iuris vestigiaveniuntur.

Cui maxime accedit, quod hi Galli pro libertate conscientiae adipiscenda, ad extera loca refugientes, non colluvies aliqua populi fuerit, de quorum moribus, id, quod de veteribus peregrinis in Urbe Roma metuendum fuisset; fuit enim e contrario Gallorum, populi humanitati adfveti, pars melior, multa etiam ex parte Equestris & Senatorii ordinis, gens pro veritate purioris religionis & libertate conscientiae, honores, divitias, provincias amoenitatibus & divitiis abundantes, relinquens; quod inter multa poste-

posteriora catastra videre licet ex primo catalogo familiarum, qui refertur *Tom. III. part. III. H. D. P. E. de Nantes pag. 109. sequ.* *Liste de ceux qui ont été persécuté en France par l'ordre des Intendants 1681.* Erant praeterea illie Christianorum exultantium numerus, illic martyrum innumerabilis populus, qui iam & charitatis & veritatis vinculo, omnium provinciarum, qui sacra religionis restauratae sequebantur, concives; hinc merito illis ad Exemplum, Friderici Imperatoris, à Friderico Borussorum Rege, lus ingenuorum in omnibus provinciis gratioso suo dominio gaudentibus, collatum ex lege publica, cui rubrum: *Edit de Sa Majesté le Roi de Prusse, en vertu duquel tous les Réfugiés de France et d'ailleurs, qui se sont établis, ou s'établiront ci-apres dans ses États, à cause de la Religion protestante, sont naturalisés et égales aux sujets allemands. Donné à Cologne sur la Spree le 13. Mai 1709.*

Sr. Königl. Majestät in Preussen allergnädigstes Edict, Kraft dessen, alle in dero Landen sich befindende und künfftig ankommende, wegen der Protestantischen Religion vertriebene Frantzösische und andere Refugierten naturalisiret und denen geböhrnen deutschen Untertanen egalisiret werden. Gegeben zu Cöln an der Spree den 13. May 1709.

§. IX.

SUMMA ergo aequitas movebat & Principes nostros, his novis Coloniais, in civitatibus permittere, ut legibus suis viverent, quod ut fieri possit, in quavis civitate, ubi sufficiens eorum civium, qui *Refugiés* dicuntur, numerus aderat, sic & Regiomonti illis Iudex & Iudicium speciale cum facultate Jurisdictionis praeficiebantur, qui communiter denominantur: *Frantzösische Richter, Frantzösische Gerichte*; quibus cives hi gallici tanquam cives jurisdictioni subijuncti, tenore rescripti Regii de dato Berolini 6. April. 1725. juramento sequenti adstringuntur:

Je-promets et jure d'être fidele et loyal à Sa Majesté le Roi de Prusse, nôtre Souverain, et à sa Maison Royale, obeissant à tous ses commandemens, voulant procurer de tout mon pouvoir ce qui est de son avantage, et empêcher, ce qui pourroit tourner à son prejudice, comme aussi d'être toujours obeissant et fidele à la Justice françoise, établie sur

la Colonie françoise de Cœnigsberg, de comparoitre en toute obeissance toutes les fois que je serai mandé, soit de nuit ou de jour de part de Sa Majesté, ou de la Justice Françoise, soit pour affaire et chose secreete ou publique, et de faire en diligence et fidelité tout ce, dont je serai chargé, de ne me rebeller ny employer contre les ordres de Sa Majesté, ou de la Justice et que je veus pareillement et volontier payer les charges de bourgeoisie, lorsque mes années de franchises seront écoulés, selon mes moyens et facultés, d'avancer du mieux que je pourrai, ce qui servira pour le bien et l'utilité de cette ville, en detournant au contraire tout, ce qui pourroit lui être nuisible et de me comporter et conduire en toute chose, comme il appartient à un fidele sujet et bon Bourgeois d'ici. Ainsi que Dieu me soit aide par Jesus Christ son Fils, nôtre Seigneur. Amen!

§. X.

REGIOMONTI Borufforum modo solus olim Coloniae Gallorum constituebatur Praetor, sive Iudex; quorum primus fuit Simon Coulom; secundus, Pierre Seignoret; tertius, Louis de Perfode; quartus, Jean Louis de Perfode, cuius temporibus, à Serenissimo Legislatore iussum, ut illi duo adderentur Assessores cum Secretario, & sic Iudicium Regiomontanum constitueretur. Primi Assessores nominati, Pierre de Pelet & Antoine Espanhiac. Quum vero nemo, absque constituto Salariorum, in spem futuri, munus Secretarii obire vellet, tandem Auctor Dissertationis, à Iudicio Gallico ultro oblatum officium hocce Secretarii, in se suscepit, atque illo usque ad annum 1743. perfunctus est, spe succedendi in diplomate de Anno 1737. expresse data, & mortuo Iudice J. Luis de Perfode à SERENISSIMO A. 1744. impleta.

Iam ergo Iudicium Gallicum, quod Regiomonti in Prussia est, constituunt: Iean Louis L'Estocq, Iudex, Pierre de Pelet, Antoine Espanhiac, Assessores, & Iean Everhard à Lauwitz Secretarius.

§. XI.

IUDICIUM hoc Gallicum à Supremo Terrarum Borussiae absoluto Domino, summa aequitate optimo Iure, ex plenitudine Gratiae, potestatis & potentiae Regiomonti constitutum, singulari

Iuri Iurisdictione praeditum, quae clare & expresse determinata in legibus §. VI. allegatis.

§. XII.

EST haec Iudicii Gallici Regiomontani Iurisdictionio, Ius & potestas publica, de causis Civium Coloniae, quae Regiomonti viget Gallicae, civilibus & criminalibus ex Legum, tam Iuris communis, generalium, quam illarum, quae Coloniae datae, specialium praescripto, pro imperio statuendi, praecipienda & exsequenda, Iure Magistratus competens.

Hinc est haec Iurisdictionio *specialis*, quam Princeps in suo territorio libere determinat; Boehmer *E. D. h. t.* & *particularis*, quia ad Personas certas, nempe Gallorum restricta. STRYK. *V. M. D. h. t.* §. XIX.

§. XIII.

QUANDO Iurisdictionio Iudicii Gallici dicitur Ius & Potestas, statim apparebit, quod illa hic denotet libertatem & potestatem agendi, atque vi officii, partes Iudicis implendi; & in eo differt à libertate cuiusvis agendi, quod nec vi, nec legibus, nec conventionibus prohibetur, quod sit Potestas Publica, id est, publica auctoritate concessa, nempe a summa Maiestate, à qua omnis dependet Iurisdictionio *l. 3. C. h. t. l. 2. 3. D. ad L. Iul. Majest.* praecipue in Imperio absoluto.

Qui enim Ius habet leges dandi, ille etiam solum Ius exsequendi & de Iure dubio statuendi habet; hinc quoque illud & alius Iudicibus, privilegium de Iurisdictionio concessis, dare, augere, imminuere potest, praecipue, quoties inde nullum publicum emergit praecidium; in quo solo casu, salus publica, tanquam Suprema lex, non absolutae Principis potestati, sive arbitrio, sed iustae Principis voluntati obstare posset.

Quum vero in exercenda charitate, propaganda puritate religionis & iusto Iuris hospitalitatis exercitio, non minus ac cura de agendis civibus Republicae idoneis, vera quoque lateat

salus publica ob praeclara illa quae ideo expectanda habet & haec solum Principum nostrorum voluntatem de Iurisdictione speciali Gallis danda moverint, ut iam ex deductis §. VI. videre licet, quod summa cum laude quoque cognovit & deduxit C. Ancillon in libro, cui Rubrum: *Histoire de l'établissement des François Réfugiés dans les États de son Altesse Electorale de Brandebourg.* Vnde certo certius est, quod & Iurisdictione Iudicii Gallici tanquam Ius & Potestas publica, summa auctoritate legislativa, ex rationibus maxime moventibus praeprimis charitate, virtute christiana omnium prima, concessa sit.

§. XIV.

Haec autem Iurisdictione Iudicii Gallici, uti Iurisdictione in genere, non solum est: NOTIO, Iure Magistratus competens, id quod post Cuiac. *Paratit. D. ad h. r.* visum est celeberrimo Heineccio *Elem. I. C. secundum Ord. D. Part. I. §. CCXL.* NOTIO enim in sensu Iuris Romani accepta, quatenus causae cognitionem servato Iuris praescripti ordine & sententiae rationem, quae vires rei iudicatae acquirere potest, complectitur, non sufficeret ad finem Iurisdictionis consequendum, qui est, ut Ius solum cuique tribuatur. Notio enim sola, & Facultatibus, item Collegiis opificum aliisque competit, quae tamen nulla gaudeat Iurisdictione. *Boehm. I. E. P. l. 1. r. 31 §. 87. I. in D. lib. 2. r. 1. §. 5.* Hunc ergo ad finem consequendum, rectius cum Boehmro sentiendum, quod iam sit Ius & Potestas, post notionem *statuendi, praecipendi & exsequendi*; praecipue cum etiam de Iure Romano Iustiniano hoc dici quadantenus possit, etiamsi certum hoc Iure Romano variasse, prout Magistratus Romani, vel *maiores*, vel *minores* fuerint, illis enim augustior *l. 8. D. de Off. Procons.* his minor competeat imperandi potestas *l. 32. D. de iniur. l. 2. D. de in ius voc. l. 26. D. ad municip.* quod & hodie non extra usum est.

§. XV.

Haec potestas publica competit Iudicio Gallico Regiomontano, uti aliis, vi officii ordinarii, cui cohaeret *l. 5. D. de Iurisdictione*, Iure Magistratus, cui de iure proprium, Iurisdictionem exercere

cere Suthold de Iurisdic. §. 109. in causis civium illorum omnium, qui Gallicae originis sunt & sacra Gallorum reformata sequuntur, atque cum iis unum cœtum Ecclesiae externae constituunt, vel ut cum Privilegiis loquamur: *Die mit der Französischen Kirche und Colonie ein Corps formiren; his enim Privilegia illa & in illos Iurisdicatio haec data est, verbis:*

Auch wollen Se. Königl. Majestät, daß es mit allen andern Refugies, welche der Religion halber, entweder aus der Schweiz, oder aus der Pfaltz und irgends einem andern Lande, wober es auch immer seyn mag, anhero kommen, und mit vorbesagten Franzosen ein Corps formiren wollen, auf gleichen Fuß gehalten werde, wie denn auch Se. Königl. Majestät selbigen allerseits das Privilegium unter keiner andern, als der Französischen Gerichtsbarkeit zustehen, in Gnaden continueret wissen wollen.

Patent de dato Berlin den 29. Febr. 1720. §. 1. pag. 4.

Item: *Sollen alle, denen Französischen Colonien fürgesetzte Richter, sowohl im Königreich Preussen, als in andern, in Sr. Königl. Majestät Landen und Provinzien befindlichen Städten, nicht nur über die Colonien überhaupt, sondern auch über einen jeden Colonisten ins besondere, Inhalts des gegenwärtigen Reglements, ihre Gerichtbarkeit exerciren, haben und behalten, gestalt denn die deutsche Magistrats und Gerichte, oder andere Obrigkeiten, wie sie auch Nahmen haben mögen, im geringsten nicht befugt seyn sollen vor sich selbst, oder durch andere, den ersteren in sohaner ihrer Iurisdiction den geringsten Eingriff zu thun.*

Neu verfaßte Verordnung de dato Berlin den 8. Junii 1719. §. 1. pag. 12.

§. XVI.

In hos cives, Iudicio Gallico concessa est facultas pro imperio statuendi, praeciendi & exsequendi. Imperium autem, de quo hic loquitur, probe de materia substrata ex mente Romanorum & Germanicorum interpretandum.

A Romanis dicebatur: IMPERIUM, quodcumque sine vi quadam armata, non poterat rite explicari; qua vi si quando utebantur, qui Iuridicundo praeerant, ut indicata exsequerentur, Imperii mixti, sin, quibus publicorum Iudiciorum exercitium datum fuerat,

fuerat, gladio alisque suppliciis animadvertabant in facinorosos homines, *meri* nomine veniebat. *Heinecc. Dissert. de locat. cond. Iurisd. l. 3. D. de Iurisd. l. 1. pr. D. de officio eius cui mand. Iurisd.*

Quod ad Germanorum mores attinet, apud eos Iurisdicção pars quidem erat Superioritatis, at Superioritatem non magis absoluebat, quam merum Imperium, seu uti Germani loqui solebant:

Bannum & iudicium sanguinis,

Heineccii E. J. G. lib. III. tit. 1. de Iurisd. & Iud. Germ.

§. XVII.

IMPERIVM igitur hocce Iurisdictionis non involuit potestatem pro voluntate statuendi, sed uti Romanis, quorum Iurisdictionem includebant tria verba solemnia: DO, DICO, ADDICO, illa sine speciali Iure transgredi non licebat; sic & nostra Iudicia, simulac Iudicia Gallica non nisi ex Legum praescripto, Iurisdictionis potestatem pro imperio praecipendi, statuendi & exsequendi, tanquam demandatam exercere possunt *l. 5. l. 16. D. h. t. l. 1. §. 1. l. 3. D. de officio eius cui mand. Iurisd.* nil enim amplius includit hoc Iurisdictionis imperium, si vel merum vel mixtum esset, *l. ult. §. 1. D. de Offic. eius cui mand. Iurisd. Noodt de Iurisd. lib. I. c. VII. MIXTVM* enim in specie complectitur executionem in civilibus *den Gerichts-Zwang*, quae consistit in potestate modice coërcendi & convenit Iurisdictioni *l. 3. D. h. t.* *MERVVM* est potestas gladii ad animadvertendum in facinorosos homines, speciali lege concessa *l. 3. D. h. t. l. 1. pr. D. de Offic. eius cui mand. Iurisd. Noodt cit. tr. lib. I. c. 2.* Leges autem quae Iurisdictionis Iudicii Gallici limites circumscribunt, sunt sufficienter memoratae in §. VI.

§. XVIII.

Ex quibus omnibus recte colligitur, quod omne Iurisdictionis imperium, non sit proprium sed à summa legislatoria potestate demandatum, quod ergo & dari, & retractari & transferri potest; hinc quod omnes Iudices & Iudicia à quibus Iurisdicção exercetur, non nisi *VICARII* sint supremi Magistratus, vulgo *Handhabere der Gerechtigkeit*; quod ergo & in Iudicio Gallico Regio-montano certissimum; conf. *l. 1. D. de Offic. eius cui mand. est Iurisd.*

§. XIX.

§. XIX.

Et haec quidem pertinent ad Iurisdictionem stricte acceptam, in sensu latiori omnem Magistratus potestatem complectitur; *l. 7. in fin. D. de Off. Procons. l. 1. C. h. t. Putsch LandR. lib. 1. t. XLVII.* adeo, ut quod ad Iurisdictionem civilem attinet, omnia illa, quae olim erant extraordinariae iurisdictionis, vel specialiter concedi solebant, haec omnia hodie vi iurisdictionis ordinariae, omni iurisdictioni, consequenter & Iurisdictioni Iudicii Gallici competunt.

Quare Iudicium Gallicum iam ex perpetua Principis & legum dispositione Iurisdictionem suam & illam consequenter, respectu Principis non *independentem* habet; at respectu Iudicis delegati in oppositione illorum qui dicuntur extraordinarii *C. 5. X. de transact. VIRTUTE OFFICII* ad quod generali iuramento adstrictum, Iudicium Gallicum iam Iurisdictionem, iure suo & quasi propriam exercet *Putsch LandR. lib. 1. t. 6. & tit. 10. l. 5. D. de Iurisd. l. ult. pr. D. de officio eius. cui mand. Iurisd. Babmer. I. E. P. lib. 1. tit. XXIX. §. 7.* Hinc quoque omnia illa iura, quae iurisdictioni ordinariae adhaerent, complectitur.

§. XX.

Restat ergo ut perspiciamus, in quibus causis haec Iurisdictione Iudicii Gallici locum habeat, quod ipsa Iurisdictionum divisio indicat, secundum quam Iurisdictione Iudicii Gallici quoque exercetur in causis civium Gallicorum, Sacris Reformatis addictorum VOLUNTARIIS, quae inter volentes & sine causae cognitione exercentur, & CONTENTIOSIS, quae inter invitos & litigantes, cum causae cognitione explicantur *l. 2. pr. D. de Off. Proc. & hoc adeo, ut in nullis & ne voluntariis quidem causis, Gallorum civibus, foro hoc Iurisdictionis renunciare, seque alii alicui Iurisdictioni subicere permissum, ex speciali sanctione, verbis:*

